

Heinrich Crauthof Christoph Lippe von der

Disputatio De In Integrum Restitutione Minorum

Rostochii: Typis Reusnerianus, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728669986>

Druck Freier  Zugang



R U jur 1670
Heinrich Krauthorius (Prac)
Christoph v. d. Lippe (Resp.)

25. *minores = Andernjährige* 173

Disputatio

3

DE ININTE-
GRUM RESTITUTIO,
NE MINORUM.

Quam

AUXILIANTE DEO

Authoritate & consensu Amplissima facultatis
Juridicæ in aca ROSARUM Academiã

SUB PRÆSIDIO

Heinrici Krauthovii

J. U. D.

Defendere conabitur

CHRISTOPHORUS von der Lippe
Rostoch. Megap.

*Ad diem 23. Junii in Auditorio
magno horis solitis.*



ROSTOCHII

Typis Reuffianis, Anno c1o 1o 1.

37



Thesis Prima.

Cum inter omnes constet, fragile esse & infirmum minoris ætatis consilium, & multis captionibus suppositum, multorumq; insidiis expositum. Idcirco Prætor naturalem secutus æquitatem, auxilium eis publico proposito edicto pollicetur & adversus captiones opitulationem.

II.

Solis autem minoribus viginti quinque annis sive illi sint masculi, sive feminae, sive filii familias, sive patres familias, non etiam majoribus annis viginti quinque, cum post hoc tempus compleri virilem vigorem constet, opem suam prætor pollicetur.

III.

Ex quo constat, servis, licet minoribus, hoc prætoris beneficio non succurri, cum enim dominorum personæ in iis spectentur, servis restitutis, majoribus potius quàm minoribus, (quod nequaquam fuit prætori propositum) per in integrum restitutionem consuleretur.

IV.

Cum autem restitutio præter erroris proprii veniæ petitionem, etiam adversarii circumventionis allegationem contineat, conceditur illa minoribus, non solum ubi dolus adversarii arguitur, verum etiam cum re ipsa sine dolo læsi esse dicuntur.

V.

Evidens itaq; adversarii dolus simpliciter, vel læsio & minor ætas conjunctim in omni restitutionis impetratione probanda veniunt, alterutro enim non probato, restitutio cessat, nec locum habere potest.

VI.

Probatio minoris ætatis multifariam fit, utpotè testibus ut obfetrice, vicinis, tutoribus, & aliis modis. Potissimum verò parentis libro, in quo filiorum natales descriptæ sunt, & libro paræciali statudum *EXII* manus.

VII.

Cæterum datur restitutio minori ex omni causa qua læsus aut captus est, sive hoc in iudicio sive extrajudicium fiat, ita enim *GESTUM* in hoc Edicto accipimus, sive actum, sive contractum, sive in specie quid gestum fuerit.

A .

In ju-

IIX.

In iudicio proinde restitutio in integrum minoribus conceditur, siue dum agunt, siue dum ab aliis conveniuntur læsi esse probentur.

IX.

Nec refert utrum per sententiam definitivam vel interlocutoriam minores sint læsi, siue illa in ipsum minorem siue in curatorem vel procuratorem lata fuerit, omnibus enim illis casibus restitutioni locum esse asserimus.

X.

Et sic minores contra sententiam latam restituti, etiam adversus eiusdem sententiæ executionem, quævis de executione nulla facta sit mentio, restituendi esse videntur.

XI.

Sed si minores per sententiam pro parte læsi, pro parte vero absoluti dicantur, numne in ea parte, in qua læsi sunt restitutionem petere possint, quæritur? Nos modò in sententia res dividuæ contineantur, affirmandum ducimus.

XII.

Latam vero in minorem indefensum sententiam ipso iure nullam dicimus, & ita restitutionis implorationem haud necessariam esse iudicamus.

XIII.

Quod in minore qui usq; ad litis contestationem defensus quidam est, postmodum vero defendi desit, æquè obtinere concludimus.

XIV.

Sed quid si capti iudicii tempore quis minor existat, tempore vero prolatae sententiæ major sit factus, num restitui poterit, si per sententiam se gravatum vel læsum esse prætendat, arduæ controversiæ est, nos illam sub distinctione decidendam esse arbitramur.

XV.

Quotiescùq; a. contra sententiam in iudicio restitutus est minor, toties novo libello & nova litis contestatione orus esse defendemus.

XVI.

Extra iudicium porro in contractibus nimirum minoribus succurritur à prætore siue curatore interveniente, siue ab aq; curatore contractus initus esse probetur.

Et pri-

XVII.

Et primò quidem aduersus contractum de iure subsistentem; siue ille sit stipulationis, mutui, societatis, locationis conductionis, siue etiam permutationis, restitutionem minores obtinebunt.

XVIII.

Aduersus contractum de iure subsistentem diximus, nam si contractus ipso iure non subsistat, etiamsi iuramento confirmatus sit, tamen nullus erit & restitutio cessabit.

XIX.

Non idem in contractibus ipso iure non retractandis observabitur, illi enim iuramento confirmati vigorem suum obtinebunt.

XX.

Hinc non ineleganter quaeritur. Num contractus ille, quando scilicet minor auctoritate Curatoris interveniente cum adversariis de re dubia transigit absq; decreto iudicis, de iure subsistat, an verò nullus, ita ut restitutio non foret necessaria, dici debeat, prius aff.

XXI.

An v. pace rupta, quam minor curatore auctore inierat, poena per stipulationem promissa committatur? non minoris disquisitionis est. quod N.

XXII.

Aduersus venditionis contractum praeterea restituuntur minores à praetore, etiamsi bona fide & sanctè se contractui non contraventuros, sed illum adimpleturos promiserint.

XXIII.

Idem juris erit, si pignora quæ ipsi dederant à creditoribus sint vendita & distracta, nam & aduersus eiusmodi venditionem minoribus, si magno detrimento afficiantur, succurrendum à praetore, Imperatores jam dudum rescripserunt.

XXIV.

Donationes etiam quæ à minoribus vigintiinq; annis non congruente moderatione factæ sunt, obtentu etatis, per in integrum restitutionem revocabuntur.

XXV.

Aduersus solutionem quoq; siue minores ipsi solverint, siue illis ab aliis solutum sit in integrum restitutionem iure petent.

XXVI.

Non tamen aduersus solutionem, curatore auctoritatem praesente,

bente, nisi ex gravi & prægnanti causa, nec etiam judicis decreto factam, restitutionem minores consequentur.

X X V I I.

In dotis quoq; modo, minoribus, ultra vires patrimonii dotem immodicè promittentibus vel tradentibus, vel etiã graviores & duriores pactiones eidè, quã res illorũ ferat adjicientibus subvenitur.

X X I I X.

Contra eos quoq; qui res minorum tenent, si usucapione dominium earũ rerũ acquisierint, restitutionis auxiliũ eis decerni debet.

X X I X.

Minor à dispensatore fisci circumventus, & venditionem rei præcipiti animo precio longè minori contrahere festinans ad exemplam privatorum contra eundem fiscum restitutionem obtinebit.

X X X.

Restitutis itaq; minoribus ex omnibus contractibus ita uti dictum est, quæritur. Numne illa restitutio etiam ad fidejussores eorum, quos forsan pro complendis contractibus dederant extendenda sit? Negativa placet.

X X X I.

Non solùm autem minores in his, quæ ex bonis propriis amiserunt, verum etiam si hereditatem sibi delatam non adierint, vel repudiaverint, posse in integrum restitutionem implorare jam pridem placuit.

X X X I I.

Item, si minor adierit, vel immiscuerit se heridati damnosæ, partes prætoris locum habebunt.

X X X I I I.

Imò hoc amplius, adversus hereditatem repudiatam restitutus, pro eadem rursus deferenda, hoc restitutionis beneficio juvabitur.

X X X I V.

Sed quid si cum inventarii beneficio hereditatem adierit, poterit ne ita restitui à prætore, ut scilicet absq; qualitate inventarii heres permaneat? Aff.

X X X V.

Si tamen post repudiatam hereditatem negotiis ab alio successore confectis atq; finitis, ad paratam laboribus substituti pecuniam admitti minor velit, nequaquam illum audiendum esse Scævola Respondit.

Inde-

XXXVI.

Indebita quoq; legata solventes minores, ut puta, existimantes jure factum testamentum, quod tamen de jure nullum erat, vel absq; Falcidia detractioe solvêtes hoc restitutionis beneficio gaudebûr.

XXXVII.

Petenda porro hæc est restitutio (quæ non viâ actionis, sed cognitione prætoriâ & mero ipsius officio expeditur) vel intra ætatis minoris tempora, vel iis elapsis (post legitimam scilicet ætatem completam) intra quadriennium continuum, postmodum enim efflagitata non dabitur.

XXXIX.

Coram tribunali etiam hoc beneficium minoribus decerni debet à prætore, ad quod etiam partem adversam, & omnes illos, quorum interesse dicitur, præsto & præsentem adesse, nominatimq; ad id citatione emissa, vocari oportet.

XXXIX.

Restitutione verò ita decreta, unusquisq; jus suum recipit, sumptusq; in eam rem facti unâ cum fructibus tam minori quàm ei, qui cum illo contraxit, restituuntur, omniaq; in pristinum statum, in quo ante contractum initum erant, reducuntur.

XL.

Quamvis autem hoc restitutionis beneficium, uti ex præcedentibus liquet, minoribus, tum etiam illorum heredibus immediate adhæreat, non tamen semper & indistinctè minoribus id ipsum decernendum, sed multis in casibus optima juris ratione potius denegandum videtur.

XLI.

Primò enim adversus parentes utriusque sexus, patronum vel patronam, cum harum personarum reverentia omnem restitutionem excludat, illa locum non habebit.

XLII.

In delictis etiam, dolo malo perpetratis, inter quæ tamen contumacia referri non debet, minoribus omne auxilium & beneficium prætoris denegandum est.

XLIII.

An v. ætatis intuitu pœna in delicto à minore perpetrato mitigari possit, & an iudex ad eam mitigandam præcisè teneatur, quaeritur? Prius Aff, Post. Neg. Quod

XLIV.

Quod si minor confessus sit delictum, de quo aliàs non constabat, an restituendus hoc casu veniat? Aff.

XLV.

Minor etiam viginti quinque annis, qui ad pretium participandum se venundari passus est, adversus jam contractam servitutiem frustra restitutionem implorabit.

XLVI.

Adversus libertatem quoque, sive ex voluntate minoris, sive ex decreto pratoris ea processerit, impuberi à pratore subveniri impossibile est.

XLVII.

Deinde & adversus minorem, nisi diversa utriusque sit ratio, minor frustra se restitui desiderat.

XLIIII.

Æquè si alterius circumveniendi gratiâ, minor fallaci majoris ætatis mendacio aliquem deceperit, cum malitia suppleat ætatem, restitutionis auxilium tam sacris constitutionibus quam rescriptorum autoritate denegari statutum est.

XLIX.

Si v. dolo adversarii ad id ut majorem se diceret, inductus esse probetur, licet jurarit, magis tamen est, ut restituatur.

L.

Eos quoque qui veniam ætatis à principali clementia impetrant, etiam si minus idoneè res suas administrare videantur, in integrum restitutionis auxilium impetrare non posse manifestissimum est, ne hi qui cum iis contrahunt principali autoritate circumscripti esse videantur.

LI.

Illi etiam qui post vigesimum quintum ætatis annum, ea quæ in minore ætate gesta sunt, rata habuerunt, frustra rescissionem eorum postulant.

LII.

Hiscæ non inconvenienter additur pulchra hæc quaestio. An minores 25. annis, advocacionis officium adfectantes vel consilii dandi, aut artis alicujus proficendæ peritiam sibi vendicantes lapsi, hoc restitutionis beneficio juventur, quod Aff.

XXXVI.

Indebita quoq; legata solventes minores, jure factum testamentum, quod tamen de jure n Falcidia detractioe solvètes hoc restitutionis

XXXVII.

Petenda porro hæc est restitutio (quæ non gnitione prætoriâ & mero ipsius officio exped minoris tempora, vel iis elapsis (post legitimi completam) intra quadriennium continuu efflagitata non dabitur.

XXXVIII.

Coram tribunali etiam hoc beneficium m bet à prætorè, ad quod etiam partem adversam rum interesse dicitur, præsto & præsentès a def citatione emissa, vocari oportet.

XXXIX.

Restitutione verò ita decreta, unusquisq; j ptusq; in eam rem facti unã cum fructibus tan cum illo contraxit, restituuntur, omniaq; in quo ante contractum initum erant, reducantur

XL.

Quamvis autem hoc restitutionis benefi dentibus liquet, minoribus, tum etiam illorum tẽ adhæreat, non tamen semper & indistinctè decernendum, sed multis in casibus optima denegandum videtur.

XLI.


Primo enim adversus parentes utriusque patronam, cum harum personarum reverentia nem excludat, illa locum non habebit.

XLII.

In delictis etiam, dolo malo perpetratis, tumacia referri non debet, minoribus omnium prætoris denegandum est.

XLIII.

An v. ætatis intuitu pœna in delicto à mitigari possit, & an iudex ad eam mitigandam prætur? Prius Aff, Post, Neg.



nantes
l absq;
debut.
sed co
atatis
tatem
enim
rni de
s, quo
q; ad id
it, sum
ei, qui
um, in
præce
media
dipsum
potius
um vel
litutio
en con
benefici
to miti
quari
Quod